



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Athanasii Kircheri Fvldensis Bvchonii E Soc. Iesv.  
Prodromvs Coptvs Sive Aegyptiacvs**

**Kircher, Athanasius**

**Romae, 1636**

Pars II. Gymnasivm Hieroglyphicvm

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12784**

nias ex Aegypto primùm traductas esse in Assyriam, præcipuus huius Syntagmatis scopus est, è varijs Auctorum monumentis demonstrare.

*Syntagma IV. Simia Aegyptiaca.*

Indos, Persas, Sinas, Iaponas, Tartaros, Aethiopus, imò noui Orbis incolas in suis sacrificijs Deorumque cultu, Aegyptiorum ueterum ritus in hunc diem adhuc affectare docet. verbo, de Aegyptiacæ superstitionis per totum mundum facta propagatione.

*Syntagma V. Mystagogia Aegyptia.*

Quo in multitudine Deorum ac varietate ad mysticas, allegoricas, tropologicas, anagogicasque rationes Aegyptios Sapientes respexisse ex varijs antiquitatum monumentis docetur.

**OEDIPÌ AEGYPTIACI**

**PARS II.**

**GYMNASIVM HIEROGLYPHICVM**

In sex classes distributum.

In quibus

De omnibus & singulis Veterum Aegyptiorum artibus & scientijs sacris & profanis, veris & superstitionis, licitis & illicitis tractatur.

*Clas*



*Classis I. Grammaticæ Hieroglyphicæ.*

In qua

Varia Aegyptiorum literatura, philologia, eiusque ad Hebræorum Cabalá vicinitas, prima denique hieroglyphicorum per parallelam Cabalæ comparisonem institutio disquiritur.

*II. Classis Physicæ Hieroglyphicæ.*

In qua

Occulti naturæ characterismi, singularumque rerum naturalium *signaturæ*, (ut vocant) è quibus hieroglyphicos characteres Veteres formare solebant, explicantur.

*III. Classis Medicinæ Hieroglyphicæ.*

In qua

Medica ars & varia Aegyptiorum medendi ratio hieroglyphicè repræsentata exponitur; continetque in se scientiam simplicium; veluti lapidum, plantarum, arborum, fructuum, seminum, aromatum, olerum, animalium, virtutumque absconditarum, occultam & incognitam scientiam pandit.

*IV. Classis Mathematicæ Hieroglyphicæ*

Continet in se Arithmetica, Geometria, Musica, Astronomiam, Architectonica, Statica, Thaumaturgicam, siue de prodigiosis veterum Aegyptiorum machinis, quorum mysteria sub hieroglyphicis latentia eruuntur.

*V. Classis Magiæ Hieroglyphicæ.*

Discutit utramque Veterum Aegyptiorum Magiam; quæ continet sub se Chymiam, Imaginum Astrologicarum fabri-



fabricam. Ex omnibus denique rebus naturalibus diuini-  
nandi scientiam, item Incantationum, adiurationum, &  
amuletorum artem ijs propriam, quo tamen argumēto,  
ita conabimur procedere, vt impias veterū super-  
stitiones vnà cū recentiorū deliramentis tot iā sacris Ca-  
nonibus proscriptis euertamus, & funditus extirpemus.

*VI. Classis Theologiae Hieroglyphicæ.*

In qua de vera Aegyptiorum Theologia docetur, vide-  
licet de supremo Ente, seu Emepht eiusq; asseclis intelli-  
gentijs. Item de Genijs mundi & Dæmonibus, eorumq;  
varijs classibus & choris. Item de eorum per varias dis-  
positiones attractu. Docetur, autem in hoc Theologiam  
Platonicam Pythagoricam, Orphicam, Hermeticam, non  
esse aliud nisi arcanam Aegyptiorum sapientiam Hie-  
roglyphicis symbolis contentam.

*OEDIPUS AEGYPTIACUS*

*PARS III.*

*THEATRUM HIEROGLYPHICUM.*

In 6. Scenas distributum. In quo quicquid in praece-  
dentibus variè allatum est, ad praxim reducitur; & hie-  
roglyphicis disciplinis comprehendi docetur.

*Adytum Isiacum.*

In quo Mysteria pyramidum & obeliscorum in genere  
discutiuntur.

*Scena I.* Exhibet Obeliscos à Romanis Imperato-